



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Stephanvs Rex. 20. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

454 *Vitæ Sanctorum.* 20. AVG.

merito ex hujus uberibus haussisse hoc  
nectar credamus. Sed & nobis iidem  
fontes essent, si eadem cum BERNAR-  
DO sitis esset. *Ex vita eiusdem.*

S. STEPHANVS REX.

20. Augusti.

STEPHANO nomen necdum  
nato ipse STEPHANVS Proto-  
martyr indidit. Sponsam duxit Gise-  
lam D. Henrici Imp. sororem. Hec  
illi Emericum, cæterum Christo om-  
nes Vngaros peperit. Tutelam sibi  
regnoque suo aeternam *Castrorum A-  
cier ordinatam VIRGINEM MA-  
TREM legit. Huius enim auxilio  
kopias Conradi Imp. jam Vngariæ im-  
minentibus avertit. Ipse inter omnes  
milites maximè sanctas Vigilias no-  
cturnas habuit, sed preces inter  
sumque sub his ipsum aliquando in  
bernaculum regium Angelis bajulis  
huino sustollit, & tunc per aërem mox  
per omnium hominum ora volare.  
Trophæa pietatis suæ templo ac cœno-  
bia per totum orbem sparsit. Miseros  
ingenti charitate complexus non du-  
bitavit diadematè ornatum caput ma-  
nusque sceptro armatas ad horum pe-  
des abluendos demittere, sportulam-  
que in clientes ipse dispensare. Qua-  
re factum aliquando, ut certantibus his  
stipe in auferre, barba etiam regis spo-  
lrium*

lium manibus appetentium cederet.  
Et hoc ipsum conquestus familiariter  
**VIRGINI STEPHANVS** fertur , du-  
rius ab ejus militibus se acceptum ,  
quam ab hostibus sperare potuisset.  
Sed pilumne ille amitteret , qui libera-  
lem manum multis annis à morte in-  
tegrant orbi ostendit ? Hanc oblit ipso  
**VIRGINIS** assumptæ die . Huic  
moriturus unicè iterum se regnumque  
comendavit . Felices Vngari , si te-  
stamenti **S T E P H A N I** memine-  
runt ! Ex Sur .

**S. BASSA CVM FF. M.M.**

21. Augusti.

**B**A S S A non tam tergeminò filio-  
rum partu , quam morte felix vixit  
sib ea tempora , quibus Maximiani  
ferro longè plurimi Martyres vixerūt ,  
Dæmonum sacrificulo , hoc est , agna  
lupo iuncta . Sed & filii matrem vultu ,  
non patrem retulerint , utpote omnes  
Christiani . Eam ob rem unā in ius ini-  
quissimum rapti , accusante ipso filios  
patre , & uxorem marito damnante .  
Primum ex equulco pendere viderunt  
cæli & laudarunt **THEOGNIVM** mē-  
bris lacerum , animo integeriū . Alter-  
num **AGAPIVM** virgæ non puerū sed  
virum probarunt & sine cute jam suā  
fortiore quam in alienis exuviis Hercu-  
lem . Alia itē tormenta tertium fratrem  
sanè